

cissimis comitibus naufragio etiam facto subsecutus,  
magno opere demeruit, approbata cito etiam morum  
indole super itineris industriam.

2 Caesare post receptas Hispanias expeditionem in  
Dacos et inde in Parthos destinante praemissus Apol-<sup>5</sup>  
loniam studiis uacauit. utque primum occisum eum  
heredemque se comperit, diu cunctatus an proximas  
legiones imploraret, id quidem consilium ut p[re]aeceps  
inmaturumque omisit. ceterum urbe repetita heredita-  
tem adiit, dubitante matre, uitrico uero Marcio Philippo<sup>10</sup>  
3 consulari multum dissuadente. atque ab eo tempore  
exercitibus comparatis primum cum M. Antonio M[arco]  
Lepido, deinde tantum cum Antonio per duodecim fere  
annos, nouissime per quattuor et quadraginta solus  
rem p[ro]p[ter]e tenuit.<sup>15</sup>

9 Proposita uitae eius uelut summa parte(s) singu-  
latim neque per tempora sed per species exequar, quo  
distinctius demonstrari cognoscique possint.

Bella ciuilia quinque gessit: Mutinense, Philip-  
pense, Perusinum, Siculum, Actiacum; e quibus pri-<sup>20</sup>  
mum ac nouissimum aduersus M. Antonium, secundum  
aduersus Brutum et Cassium, tertium aduersus L. An-  
tonium triumuii fratrem, quartum aduersus Sextum  
10 Pompeium Cn. f(ilium). omnium bellorum initium et  
causam hinc sumpsit: nihil conuenientius ducens quam<sup>25</sup>  
necem auunculi uindicare tuerique acta, confestim ut  
Apollonia rediit, Brutum Cassiumque et ui necopi-  
nantis et, quia prouisum periculum subterfugerant,  
legibus adgredi reosque caedis absentis deferre statuit.  
ludos autem uictoriae Caesaris non audentibus facere<sup>30</sup>  
2 quibus optigerat id munus, ipse edidit. et quo con-  
stantius cetera quoque exequeretur, in locum tr. pl.

3 industria X'      5 in om. M fort. recte      13 deinde M,  
dein rel. fort. rectius      16 parte Λ, corr. saec. XV      18 possit X  
23 triumuii TT, -rum rel.      27 et uim GTS, per uim (et tum  
sed pro et) Bentl.

forte demortui candidatum se ostendit, quanquam patricius necdum senator. sed aduersante conatibus suis  
 M Antonio consule, quem uel praecipuum adiutorem  
 sperauerat, ac ne publicum quidem et translatium ius  
 5 ulla in re sibi sine pactione grauissimae mercedis impertiente, ad optimates se contulit, quibus eum iniuriam sentiebat, maxime quod D. Brutum obsecsum Mutinae prouincia a Caesare data et per senatum confirmata expellere armis niteretur. hortantibus itaque  
 10 nonnullis percussores ei subornauit, ac fraude deprehensa periculum in uicem metuens ueteranos simul in suum ac rei p. auxilium quanta potuit largitione contraxit; iussusque comparato exercitu pro praetore praeesse et cum Hirtio ac Pansa, qui consulatum suscep-  
 15 perant, D. Bruto opem ferre, demandatum bellum tertio mense confecit duobus proeliis. priore Antonius fugisse 4 eum scribit ac sine paludamento equoque post biduum demum apparuisse, sequenti satis constat non modo ducis, sed etiam militis functum munere atque in  
 20 media dimicatione, aquilifero legionis suaे grauiter saucio, aquilam umeris subisse diuque portasse. hoc 11 bello cum Hirtius in acie, Pansa paulo post ex uulnere perissent, rumor increbruit ambos opera eius occisos, ut Antonio fugato, re p. consulibus orbata  
 25 solus uictores exercitus occuparet. Pansae quidem adeo suspecta mors fuit, ut Glyco medicus custoditus sit, quasi uenenum uulneri indidisset. adicit his Aquilius Niger alterum e consulibus Hirtium in pugnae tumultu ab ipso interemptum. sed ut cognouit Antonium 12  
 30 post fugam a M. Lepido receptum ceterosque duces et exercitus consentire pro partibus, causam optimatum

4 tralaticium ius ulla Steph. (s<sup>2</sup>), translatium in sulla M,  
 tralaticium in sulla GT, tral. ulla X', tral. munus Madv.  
 10 hac X' 12 ac X', aut rel., fort. atque 22 et pansa G,  
 pansaque T 25 uictor T, uictor tres 5 (cf. Eutr. VII 1) 31 par-  
 tibus 5 (Beroald.), patribus (fratr- V) &

sine cunctatione deseruit, ad praetextum mutatae uoluntatis dicta factaque quorundam calumniatus, quasi alii se puerum, alii ornandum tollendumque iactassent, ne aut sibi aut ueteranis par gratia referretur. et quo magis paenitentiam prioris sectae approbaret, Nursinos 5 grandi pecunia et quam pendere nequirent multatos extores oppido egit, quod Mutinensi acie interemptorum ciuium tumulo publice extracto ascripserant pro libertate eos occubuisse.

13 Initia cum Antonio et Lepido societate Philippense 10 quoque bellum, quamquam inualidus atque aeger, duplii proelio transegit, quorum priore castris exutus uix ad Antoni cornu fuga euaserat. nec successum uictoriae moderatus est, sed capite Brutti Romam misso, ut statuae Caesaris subiceretur, in splendidissimum 15 quemque captiuum non sine uerborum contumelia saeuuit; ut quidem uni suppliciter sepulturam precanti respondisse dicitur iam istam uolucrum fore potestatem; alios, patrem et filium, pro uita rogantis sortiri uel micare iussisse, ut alterutri concederetur, ac 20 spectasse utrumque morientem, cum patre, quia se optulerat, occiso filius quoque uoluntariam occubuisset necem. quare ceteri, in his M. Fauonius ille Catonis aemulus, cum catenati producerentur, imperatore Antonio honorifice salutato, hunc foedissimo conuicio co- 25 ram prosciderunt.

3 Partitis post uictoriā officiis cum Antonius Orientem ordinandum, ipse ueteranos in Italiam reducendos et municipalibus agris collocandos recepisset, neque ueteranorum neque possessorum gratiam tenuit, alteris 30 pelli se, alteris non pro spe meritorum tractari que-  
14 rentibus. quo tempore L. Antonium fiducia consulatus,

---

3 ne] neque Torr., nec Bentl. 13 successu X' 15 in  
om. M<sup>1</sup>GX' 16 captiuorum Bentl. 17 secuit X ut] et  
Bentl. si Jernstedt 18 dicatur GXT (edd.) 22 uoluntaria —  
nece X